

enim magnus ille catholici gregis rector pro veritate et iustitia invicto semper animo certaverit, magnisque laboribus in christiana Republica administranda fuerit in exemplum perfunctus, non modo virtutum suarum splendore Apostolicam Sedem illustravit, sed etiam universam Ecclesiam amore et admiratione sui adeo complevit, ut quemadmodum omnes Romanos Pontifices diuturnitate superavit, ita forte prae caeteris amplissima publici et constantis obsequii et venerationis testimonia retulisse neminem latet.

Sed inscrutabili Dei consilio, qui de Ecclesiae suae bono semper sollicitus, singulatim fingit corda eorum quibus eius gubernatio demandatur, ad Apostolicae dignitatis fastigium virum evexit iuxta cor suum, qui non tantum praedecessoris sui par sese ostendit, verum et Petri Cathedram novis splendoribus decoravit. Virum, dico, LEONEM XIII cuius mors et lacrymis ora respersit, et funus in omnium cordibus intulit.

IOACHINO PECCI patria Carpinetum Dioecesis Anagninae pagus; natalis dies VI Non. Martias MDCCCX, quem tertia dies, ipsa quae sexaginta et octo annis postea triplici papali corona redimitum videbit, salutaris aqua lustravit; parentes Ludovicus Comes et Anna e Dynastis Prospori Bussi. Generis amplitudo ab avis et maioribus; gens enim Pecciana iam a saeculo XV domi militiaeque clara, concivibus fere semper imperitavit et Prosperiana inter nobiles inscribatur. Nec splendore quem viri sanctitate illustres gentem nobilitat Ioachino defuit, quippe quae duos coelites Petrum et Margaritam Pecci stirpes illa coluit et venerata est.

A parentibus qua voce, qua exemplis semina virtutum in pueri animum immissa, quae ut vividiora pubescerent, suosque tempore maturo ederent fructus, Viterbum quum adhuc octavum iniret annum, in nobilium ephebeum Societati Iesu instituendus traditur; tum Romam in Archigymnasio Gregoriano, ubi litterarum et philosophiae necnon et divinae scientiae

primordia emensus est: hinc in sacram iuvenum nobilium Academiam adsciscitur, ubi Cardinalis Sala hortatu et ductu iis est instructus armis, quae posterioribus aetatibus in difficillimis rerum adiunctis erant capessenda.

Virtute annos anteibit IOACHINUS, nec in eo quid iuvenile nisi aetas. De illo pari modo ac de Sanctis Gregorio et Basilio, non aliam viam Romae cognovisse praeter eam quae vel ad scholam, vel ad aedes Deo sacras ducebat, frequentasse dici merito potest. Hinc eidem ingenium et virtus ad Praelaturam aditum patefecit, in quo, sacerdotio iam initiatus, rapidum ita confecit cursum, ut vigesimo octavo anno nondum superato, Delegati munere apud Beneventanos fungebatur. His sceleratorum lue purgata, pacem, vitae securitatem et commoda restituit. Quod per breve licet tempus Perusinis etiam praestitit, ubi Gregorium Pontificem XVI regali splendore recepit. Eximia mentis indoles sapientibus nutrita disciplinis, modestia tactu vitiorum immunis, sui que mens rite compos animum illi Pontificis adiunxerunt, qui tantum IOACHINO tribuit, ut salebrosam ad Belgium legationem concrederet, eumque Damiatæ pontificatu maiore augetet.

Ancipiti propter iuventae rectam institutionem bello laborabant supremi rerum publicarum moderatores, sacrorumque Antistites. En labor, en difficultas quam ipso in aditu legationis offendit PECCIUS; sed ita iura sacra vindicare aggreditur, ut tamen non nisi pravorum hominum odia in se concitaverit. Reges illum tanti habuerunt, ut si qua perobscura et involuta quaestio enodanda, si operosius negotium transigendum, amice et familiariter sententiam rogabant Peccium, qui rei gerendae vias et explicatus quam tutissimos nitide pandebat; eius vero consilia nunquam a recto vel latum unguem deflexisse, omnibus comperitum est.

Sed quid moror? Hac apud Belgas legatione defunctum IOACHINUM PECCI ad sedem vocavit Pe-

rusinani, eumque in senatum Patrum Cardinalium inscribendum in pectore sibi reservavit Gregorius, quem postea Pius IX die XIV Kal. Ianuarias anni MDCCCLIII in consistorio secreto creavit. Sedem Perusinam non minus quam per triginta et duos annos sapientissime gubernavit. Oves suas otii nescius, qua voce, qua exemplis, qua scriptis indesinenter pascebat. Cultu parcus census omnes in alendos pauperes tribuit. Maxima illi Seminarium clericorum cura; studiorum ratio ad Aquinatis doctrinam reduxit, nec minori studio pietatem et spiritum fovere curavit, quod ut facilius assequeretur non solum propriae aedis cum aedibus Seminarii communem fecit aditum, verum et cum convictoribus familiariter agere, eorumque dubia sive quae ad doctrinae, sive quae ad vitae institutionem pertinebant solvere, in deliciis habuit. Nec hoc praetermittendum est Antistitem Perusinum contra hostes Supremo Pontifici infensissimos acriter dimicasse. His omnibus per motus magnanimus ille Pius ad se accersendum curavit, et adsignato coadiutore pro Perusinis ovibus pascendis, ei Praefecturam aerarii Sanctae Romanae Ecclesiae attribuit.

Dies tandem optatissima illuxit vigesima Februarii ann. MDCCCLXXVIII in qua Pontifex Summus creatus, quasi sol refulsit in templo Dei. Sublato enim e vivis Pio Papa IX, trepidarunt fideles, nam Petri navis feris iactabatur fluctibus, eamque mergere augurabantur homines inimici, qui Pium ultimum Pontificem fuisse venditabant. Vaticanas enim aedes, in quibus conclave celebrabatur, suis satellitibus saepire ausi sunt, quod tamen non ad aliud contulit, nisi ut interessent solemnium promulgationi quae post triduum facta est, electi Summi Pontificis Cardinalis IOACHIM PECCI, qui LEONIS XIII nomen assumpsit.

II.—Iam ab ipsis Pontificatus exordiis Magistri infallibilis partes implere coepit, quas non nisi postremae aegritudinis incursu deseruit. Priores litterae «Inscrutabili Dei consilio» postquam malorum omnis

generis congeriem exponunt qua societas humana premitur, ostendunt ea omnia ex eo provenire quod «despecta et reiecta sit sancta illa et augustissima Ecclesiae auctoritas, quae Dei nomine humano generi praest, et legitimae cuiuscumque auctoritatis vindex est et praesidium.»

Nec post hanc luculentissimam epistolam, moram in docendo interposuit LEO; sed eo ipso vertente anno fideles totius orbis muniendos voluit, contra socialistarum sectam, qui «ius proprietatis naturali lege sancitum impugnant; et per imane facinus, cum omnium hominum necessitatibus consulere et desideriis satisfacere videantur, quidquid aut legitimae haereditatis titulo, aut ingenii manuumque labore, aut victus parsimonia acquisitum est rapere et commune habere contendunt.» Fontes, damna inde sequutura, remedia oportuna traduntur. Inter ea quis ignorat maxime conferre studium quo ad fidei catholicae normam humanae disciplinae omnes ordinantur praesertim philosophia a qua nimirum magna ex parte caeterarum scientiarum recta ratio pendet? Hinc scholis omnibus coelestem patronum, principem ac magistrum Aquinatem constituit in praeclarissima illa Encyclica quae incipit: «Aeterni Patris.»

Ad veram deinde, germanamque notionem societatis domesticae oculos convertit et solidissimis argumentis matrimonii christiani sanctitatem, divinam originem, leges ac sanctiones non semel enucleavit.

Potestatis politicae forma ad christianae sapientiae principia expressa proponitur, ac quid a quoquam in hoc genere officii catholica veritas exigat clarissimis verbis tradit. Massonicae sectae doctrina, universa consilia, sentiendi consuetudo et agendi aperiuntur, eiusque vis malefica immortalis Encyclica «Humanum genus» illustrat.

Sed longioris enumerationis mihi gratiam concede, ornatissimi, amplissimique auditores; duo tamen silentio praetermittere nequeo, quod nempe pro condi-

tione opificum praeclarissime, omnium vota complens scripsit LEO; eiusque pro defensione Sanctarum Scripturarum indefessae curae et labores.

Et re quidem vera, oeconomicum certamen, multiplici fonte ortum, omniumque studia summe tenens, Pontificem movit, ut instantius de conditione opificum loqueretur. Ad hanc autem rem arduam simul et periculosam suscipiendam urget animum pientissimi Pontificis LEONIS miserorum indigna fortuna, eumque magis exagitat recursus populi languentis ad media eius inopiae sublevandae imparia, sed ad subversionem totius societatis propitia. Ostendit proinde socialismum esse ineptum, iniustum, subversivum. Unicum remedium petendum esse ab Ecclesia, in altera Encyclicae parte commonstrat, cuius doctrina ad aerumnas et incommoda laboris tollerandas spe immortalis animos aliciens maxime confert, cuius instituta, et leges magno charitatis praecepto informantur. Nec humana remedia negligit, sed ea sapientissime urget et enucleat. Tandem prudentissimis consiliis erga patronos et opifices sermoni finem imponit.

Restat tandem ut vel verbulum de Nostri Pontificis laboribus pro tutamine Sacrarum Scripturarum loquamur. Vigilantiae studiique memor quo depositum fidei, Petri successorem longe ante alios sartum tectumque praestare pro officio debeat, litteras: «Providentissimus Deus» dedit, quibus praecipua de studiis Sacrorum Bibliorum data opera complectebatur. Postulabat enim excellens rei magnitudo atque utilitas, ut istarum disciplinarum rationibus optime consuleretur, praesertim cum horum temporum eruditio progrediens quaestionibus quotidie novis, aliquando etiam temerariis aditum ianuamque patefaciat. Quod ut perfici satius posset, doctrinis opus adiunxit et Consilium seu Commissionem Patrum Cardinalium, aliorumque virorum quorum a doctrina sana praesertim biblica erat commendatio, ut his studiis tutamen et incrementum praestarent.

III.—Ast non solum Magistri eximii laude floruit LEO; sed Supremi Rectoris Ecclesiae partes ad unguem implevit. Qua vi, quo ardore, qua facundia, iusti rectique tenax inviolabilia iura sacri Petri principatus acerrime vindicaverit, testes sunt innumerae eius allocutiones ad Senatum Ecclesiae, quae nos incertos haerere faciunt, si dicendi copiam magis quam solidissimas rationes mirari oporteat. Nec tantum administratos et fideles qui ad eum undique et quotidie accedebant de componenda vitae publicae ratione commonet, sed de rebus Ecclesiae constanter cum Imperatoribus et Regibus, cumque summis Rerum Publicarum moderatoribus pertractat.

Nec minor ei cura fuit necessitatibus nationum prospicere, commonstrata via qua minaces inter commotiones sit incedendum. Hispanis quam cordi esse debent, monita ad ipsorum Antistites diei 8 Decembris 1882 quae his verbis clauduntur: «Domesticorum exemplorum memoriam renovent: cogitent maiores suos, si multa fortiter, multa praeclare domi forisque gesserunt, plane non dissipatis dissentiendo viribus, sed una velut mente, unoque animo gerere potuisse. Etenim fraterna charitate animati et *in ipsum invicem sentientes*, de praepotenti Maurorum dominatu, de haeresi, de schismate triumpharunt.»

Quod enucleatius adhuc ad Gallos scripsit imperituri litteris diei 16 Februarii 1892, ubi non tantum catholicos, sed et omnes Galliae probos atque cordatos cives enixe incitat ut extinctis dissentionibus politicis, eo tendant. ut coniunctis viribus, pax diu desiderata patriae tandem reddatur. Cumque non pauci extarent inter illos, qui religionis pretextu ordinem rerum iam constitutum evertere conati sint, eo fine ut proprium de rebus politicis sentiendi modum extollerent LEO XIII demonstrat, varia quae transaucto saeculo pro nobilissimae gallorum gentis regimine statuta fuere gubernia nullo modo aut rationi, aut christianae doctrinae repugnare.

Scio equidem haec salubria monita iniucunda nonnullis evasisse qui de his rebus non nisi humano modo iudicare consueverunt, qui ad privatam personam addicti, vel ad determinatam gubernii formam, non principem vel gubernium Ecclesiae opem pro ipsius fine consequendo supremo conferre debere, sed Ecclesiam veluti servam vellent intentam cum suis mediis vel spiritualibus vel temporalibus ad hunc vel illum principem extollendum. Sed si ad hoc tam arduum negotium definiendum eget homo tum cognitione adiunctorum quae epocham nostram circumstant, tum magna in mediis adhibendis prudentia, tum denique speciali Dei adiutorio, quis non videt, nulli melius quam Pontifici Summo haec omnia praesto esse, praesertim cum in his gerendis rebus officium Pastoris eidem commissum adimpleat, cui divinae illustrationes deficere nequeunt?

IV.—Denique sollicitudinum SUMMI SACERDOTIS praeclara illa monumenta commemorant, quibus sanctificatio animarum mediis omnibus prosequutus est. Hierarchiam Ecclesiasticam in Indiis Orientalibus, Iaponia et Bulgaria restituitur et eius iussu et hortatione fit, ut Ecclesiis vacantibus sanctissimi praeficiantur Episcopi, utque ipsis Episcopis coadiutores parentur egregii. Collegia Romae pro Armenis et Maronitis, pro Hispanis et Lusitanis instituit, eaque redditibus auxit, et legibus communivit.

Nec silentio praetermitti potest LEONIS XIII tenera illa pietas erga magnam Dei Matrem, qua Rosarii Marialis sanctissimam praxim propagavit et quotannis commendatam, novisque indulgentiis et remissionibus ditatam voluit. Tertium Franciscalum Ordinem amplis praeconiis firmatum, privilegiis decoravit. Conso- ciationem ad cultum Sacrae Familiae ut christiani- laris sanctitati consuleretur instituit. Coelitem honores quamplurimis viris et sanctissimis foeminis decrevit et quater solemnem pompam sanctorum canonizationem celebravit. Coelestes studiorum academiis. piorumque operum sodalitatibus adsignavit patronos; piissime equi-

dem ac sapienter de praesentia et virtute mirifica SANCTI SPIRITUS, de amore quo nos sacratissimum COR IESU prosequitur, de venerabili EUCHARISTIAE Sacramento disseruit.

Ut tandem omnia verbo complectar, LEONIS XIII doctrina, consilia, opera, universae curae eo tendunt ut ad Dei gloriam et humani generis salutem, in aperto ponatur utriusque ordinis naturalis et supernaturalis cohaerentia, ut mutua splendescat fidei et rationis, religionis et scientiae, pietatis et litterarum con- niventia, ut Ecclesia thesauros coelestes, quibus a suo divino Conditore ditata est ad salutem omnium nullo impedimento praepedita effundat.

V.—Ad rem christianam et publicam provehen- dam mente alacri, nec aerumnis, nec annis ingrave- scentibus fatiscens excubabat LEO; obices modo amo- vet, modo perrumpit, tempora ad procerum mentes sibi demerendas molliora captat: hos obsequio delinit, illos tenaci constantiae robore frangit. In quorum do- ctrina praesidium religionis residere novit eos ad veri- tatis vindicias editis in vulgus scriptis ineundas hortat- tur; labentes firmat, morantes concitat, bene animatis studium rei gerendae iniicit. Omnia circumspicit, omnia in posterum prospicit; nullae aut discriminis, aut certa- minis vices illum imparatum aut inscium offendunt.

Diebus igitur meritisque plenus, in senectute bo- na, anno tertio supra nonagesimum cum quatuor mensibus superato, cum vidisset annos Petri, placide omnium luctu comitatus XIII Kalendas Augusti, po- stremam hausit auram, et obdormivit in Domino. Maior ab interitu, *in memoria aeterna erit iustus.*

AVE . ET . VIVE . IN . DEO  
PONTIFEX . EGREGIE  
TIBI . CHRISTVS . IESVS . SERVATOR  
CVIVS . VICES . IN . TERRIS . GEREBAS  
AETERNA . PRAEMIA  
REPENDAT

El día 4 á las ocho y media de la mañana, estando la Catedral enteramente llena de fieles que guardaban religioso silencio y compostura, empezó el Oficio de difuntos para el cual se escogieron composiciones musicales de célebres maestros: el *Invitatorio* de J. C. Camacho; el salmo *Domine*, de J. Mercadante; la primera lección, de J. Bustamante; el *Introito*, *Kyries* y *Sequentia*, de L. Rossi; el *Ofertorio*, *Sanctus*, *Benedictus* y *Agnus*, de D. Müller y el *Responso* de R. Cárcano.

Desde el principio del Oficio llegó el Ilmo. Señor Arzobispo, quien cantó la misa y el responso final.

El elogio fúnebre en lengua castellana estuvo encomendado á Monseñor Dr. D. Manuel Solé, Canónigo Penitenciario de la I. y N. Colegiata de Santa María de Guadalupe y Vicecancelario de la Pontificia Universidad Mexicana.

Tenuisti manum dexteram meam:  
et in voluntate tua deduxisti me, et  
cum gloria suscepisti me. . . Deus cor-  
cordis mei, et pars mea Deus in æter-  
num.

Tomástem de la diestra para lle-  
varme según tu voluntad y cercarme  
de gloria. . . Tú, Dios de mi corazón,  
tú serás para siempre la porción de  
mi herencia.

(Salmo LXXII, vers. 24 y 26).

Excmo. é Ilmo. Señor,

Muy Ilustre y Venerable Deán y Cabildo,

Hermanos en N. S. Jesucristo:

**V**ENID, adoremos al Rey para quien viven todas las cosas: *Regem, cui omnia vivunt, venite adoremus*. Con estas graves y majestuosas palabras entona la Iglesia la Vigilia de Difuntos. Aunque se nos desgarré el alma de dolor, aunque el pecho rebose de amargura, *sursum corda*, arriba los corazones, levantemos los ojos al Rey eterno, siempre vivo y siempre inmutable, de quien y para quien son todas las vidas y todas las existencias. Ese Rey no es el Sol, que con sus misteriosos

rayos, todo lo alumbra, calienta y vivifica en el orbe que habitamos: el Sol está sujeto á evoluciones: no es eterno, no es infinito, no realiza en sí toda razón de sér. Ni es tampoco ninguna inteligencia evolutiva, incapaz de abarcar lo infinito, cuanto más de realizarlo. Mucho menos podrá ser ningún fluido derramado en la inmensidad de los espacios, en perpetuo movimiento, en perpetuo evolucionar, en perpetuo actuarse diferentemente. El Rey eterno es la plenitud del sér: nunca puede tener más, nunca puede tener menos, nunca puede dejar de ser lo que es ó algo de lo que es: ¡nunca puede evolucionar! Si, pues, la evolución, en la substancia ó en los accidentes, es la ley general del universo, claro está que el Rey eterno, ni es el universo, ni ninguno de los seres que pueblan el universo. No; el Rey eterno es en sí mismo, y es la plenitud del sér. La conciencia de los pueblos hále llamado *Dios*, *Zeos*, *Jehová*, **EL QUE ES**. No le conviene otra denominación, porque carece de toda determinación. Es: sin ser nada del universo, nada hay en el universo que en él no se actúe con plenitud de sér. Por eso mismo, nada hay en el universo que de él no reciba así el sér como la razón de sér, no, cierto, por vía de donación ó comunicación, sino por vía de creación. Con plenitud de sér están en Dios actuadas todas las razones, infinitas en número; como están igualmente actuadas la sabiduría infinita, la bondad infinita, la potencia infinita, etc. Quiso Dios infinitamente en la eternidad la existencia finita, fuera de sí, de razones finitas, constitutivas del tiempo; y *creavit coelum et terram*, fueron el cielo y la tierra, dice el primer renglón de la Sagrada Escritura.

Por eso vienen de Dios todos los seres del universo; por eso viene de Dios el universo mismo. Mas Dios, al crear los seres, hubo de proponerse algún fin: *rationis est agere propter finem*. Fuera de él nada había antes de la creación; por fuerza, pues, propúsose á sí mismo como fin de las creaturas. Para él existen todos los seres, así los inertes (si inercia hay en los seres) como los do-

tados de vida, desde el átomo hasta el mayor de los soles, desde la amiba hasta el elefante; y todos existen ó viven para él, desempeñando cada uno admirablemente las funciones propias, ó sea cumpliendo cada uno, á su modo, la voluntad de Dios.

Pero entre todos los seres, irracionales en su mayor número, hay uno racional: hombre, si es visible; espíritu, si es invisible. El ser racional ejercita en parte la voluntad, ó cumpliendo la ley moral impuesta por Dios, ó violándola: si la cumple, desempeña rectamente, en cuanto á la voluntad sujeta á la ley moral, sus funciones propias, sirve á Dios, vive para Dios simple y absolutamente; si viola la ley moral, no desempeña rectamente las funciones propias de la voluntad, no sirve á Dios, ni vive para Dios, sino accidental y relativamente, esto es, en cuanto á que queda sujeto al ministerio de la divina justicia.

Porque, hermanos míos, todo sér racional sujeto á la ley moral, será premiado ó castigado según el uso que hubiere hecho de su libertad en la observancia de la ley que le obliga. En falleciendo el hombre, es decir, al separarse el alma del cuerpo, pasa el alma desde luego á recibir el premio ó el castigo que le merecen la observancia ó la inobservancia respectivamente de la ley moral. Más tarde, en la resurrección final, tornaránse á juntar las almas con sus propios cuerpos; y desde entonces ya no será el alma solamente, sino el supuesto humano, el que reciba el premio ó el castigo merecidos. Como quiera, el sujeto de premio es el que sigue viviendo para Dios simple y absolutamente, y el sujeto de castigo no sigue viviendo para él sino como antes viviera: accidental y relativamente, en el sentido ya indicado.

Por esta manera, hermanos míos, cúmplase el que todas las cosas, *omnia*, vivan para Dios, Rey de vivos y muertos, á quien invitamos hoy á adorar estos fúnebres cultos de la Iglesia. Y nos invitan á ello con toda razón, pues que vivió para Dios simple y absoluta-

mente, durante toda su vida mortal, así antes del Pontificado como en el Pontificado, aquel por quien ahora pedimos al Rey del Cie'o, *Regem cui omnia vivunt*, que le admita á la vida inmortal entre los cortesanos de su Gloria; y que fué entre nosotros SU SANTIDAD LEÓN XIII, VICARIO DE JESUCRISTO, OBISPO DE ROMA, SUCESOR DEL PRINCIPE DE LOS APÓSTOLES, SUMO PONTIFICE DE LA IGLESIA UNIVERSAL, PATRIARCA DE OCCIDENTE, PRIMADO DE ITALIA, ARZOBISPO Y METROPOLITANO DE LA PROVINCIA ROMANA, Y SOBERANO DE LOS DOMINIOS TEMPORALES DE LA SANTA ROMANA IGLESIA.

## PRIMERA PARTE.

### I

Es Carpineto, de la Diócesis de Anagni en los antiguos Estados Pontificios, población de cinco mil almas, sentada en una eminencia que domina hermoso valle al pie del monte Capreo en los Apeninos. Allí, en el palacio señorial de los condes de Pecci, nació, el 2 de Marzo de 1810, un niño nombrado en el bautismo JOAQUIN VICENTE RAFAEL LUIS. Era su padre el conde Luis Pecci, hombre de viso y mucho respeto, á quien consultaban los vecinos de la comarca é interponían para dirimir sus contiendas; y cuya palabra, grave y persuasiva, restablecía siempre la paz entre los contendientes más obstinados. Era, además, coronel de las milicias regionales, y había sido alcalde del lugar; pero todo ello, hermanos míos, sin menoscabo de sus sentimientos y deberes religiosos. Llevaba estrechas relaciones de amistad con los Frailes Franciscanos, cuyo Ministro general nombróle *síndico*, ó sea protector temporal del convento de San Pedro, que poseían en Carpineto. De su esposa Ana Prósperi hubo el hijo recién nacido. A su vez era la señora condesa la mujer fuerte que nos describen los sagrados li-

bros: amante y hacendosa en la familia, piadosa con Dios y con los Santos, y caritativa para con los pobres. A éstos tenía costumbre de visitarlos personalmente para socorrerlos y consolarlos; y cuando venían años de penuria daba de comer diariamente á cuarenta ó cincuenta necesitados. En Dios ponía toda su confianza; y era devotísima de nuestra Madre y Señora la Virgen María. De suerte que no se respiraba sino sentimientos de piedad y caridad en la morada de los condes de Pecci, en cuyo seno recibió esmerado cultivo la flor del alma del niño Joaquín. A cargo de la señora condesa corrió su educación en la infancia; por eso pudo escribir con toda verdad, hablando de su particular amor y devoción á María Santísima el ahora niño y después Pontífice Sumo, estas piadosas palabras al frente de una de sus Encíclicas: «Nuestra devoción á la Santísima Virgen *mamada con la leche* pudiéramos decir, ha ido creciendo y afirmándose en Nuestra alma, á medida que han transcurrido los años:» testimonio elocuente, hermanos míos, de que nació para Dios, fué criado en el amor de Dios y á Dios tuvo por norte de sus acciones, ya desde la más temprana edad, el privilegiado niño Joaquín Pecci.

Juntamente con él educábase bajo el cuidado de la señora condesa su hermano José, tres años mayor en edad. Era José de inteligencia despierta y de natural inquieto: Joaquín, más reposado, se hacia notar por su aplicación al estudio: en ambos á dos cifraba la condesa sus mejores esperanzas. Eran almas ya en sazón para dar, bien cultivadas, días de gloria á la noble familia. Resolvieron, pues, los señores condes poner á los dos jovencitos en el colegio que regian en Viterbo los Padres Jesuitas. A este fin, lleváronlos á Roma en el otoño de 1817, al cuidado de su tío Antonio Pecci. ¡ROMA! nombre misterioso, hermanos míos, de inefable hechizo para el alma de Joaquín.

Un año permaneció al lado del tío, á la edad en que son las impresiones más indelebles: en su fantasía

quedaron por siempre grabadas las grandezas monumentales de la ciudad eterna.

En el otoño de 1818 entraron los dos hermanos en el colegio de Viterbo, donde pronto fué Joaquín el encanto de todos por su gracia infantil y candorosa. «Es un angelito de Dios,» escribía el Padre Rector á la señora condesa. Aficionóse con particular devoción al que no era hasta entonces sino el Venerable Juan Berchmans, y á quien él había de canonizar más tarde durante su Pontificado; y comenzó á sentir poco á poco preludios de vocación al estado eclesiástico. Todo lo cual no era en él obstáculo, sino incentivo, para el estudio de las letras humanas, á cuyo cultivo *se consagraba*, bajo la dirección de sus doctos maestros, con todo el ardor de su alma generosa, *no menos sensible á la noble emulación que á los atractivos de la belleza literaria*. Tanto aventajó en las humanidades, que con ocasión de una visita hecha al Colegio por el Rev. Padre Provincial, cuando él no contaba aún sino doce años de edad, compúsole un epigrama latino, tan sencillo, correcto, expresivo y elegante, que ha pasado á la posteridad y bastaría por sí solo á acreditar el clasicismo del autor: tanto, tanto se aprovechó del saber de sus maestros, que con gloria suma ha podido pasar después por escritor latino tan atildado, así en prosa como en verso, como el más atildado entre los que fueron lumbreras en los días del Renacimiento. ¡Gloria á Dios, á quien vivía consagrado el prematuro piadoso ingenio!

Y eso que le faltaba terminar todavía las humanidades. En efecto, desde el año 1824, vémosle en el Colegio Romano, recién restituido á los Padres Jesuitas, en la clase de retórica, en que ganó los primeros premios de estilo y de griego. Ni fué menor su aprovechamiento (y lucimiento en los actos públicos) durante los tres años siguientes del curso de filosofía y los cuatro de teología, hasta que en el de 1832, á los 22 de su edad, recibió con universal aplauso la codiciada borla de doctor en la última de estas facultades.

Poco tiempo después ingresó en la Academia de Nobles Eclesiásticos, donde se estudia para los trabajos de las Congregaciones romanas ó de la diplomacia pontificia. Estando en ella, siguió los cursos de derecho canónico y civil en la Universidad de la Sapienza, en la que fué miembro de la Academia teológica y mereció la rara distinción de ser condecorado con el título de doctor *ad honorem* en teología.

Era Protector de la Academia de Nobles el Emmo. Cardenal Pacca, quien, prendado del ingenio y pericia del joven Pecci, recomendó al Papa Gregorio XVI para que le nombrase Prelado doméstico, Refrendario del tribunal de la Signatura y Ponente de la Congregación de Buen Gobierno.

En esto, habiase acentuado más y más, y como que se había impuesto, su vocación al sacerdocio. En los días 17, 24 y 31 de Diciembre de 1837 ordenóse respectivamente de Subdiácono, Diácono y Presbítero. Al día siguiente, 1.º de Enero de 1838, asistido de su hermano José, ya Jesuita y Sacerdote también, celebró su primera misa en la capilla de San Estanislao de Kostka existente en el Noviciado de la Compañía, de San Andrés del Quirinal.

¡No vaciles ante la Víctima sacrosanta, oh nuevo sacerdote del Señor! Aunque te sientas bañado en lágrimas y latir tembloroso el corazón, contigo está *el que te ha escogido para dar á conocer su nombre ante los pueblos y los reyes y los hijos de Israel*. Deja pasar diez lustros, y vendrán á celebrar contigo el recuerdo dulcísimo de este primer Sacrificio, hoy ofrecido modestamente en recóndito altar, del Septentrión y del Mediodía, del Oriente y del Ocaso, de lejos, de muy lejos, los reyes y los pueblos, á los hijos de Israel congregados <sup>y por</sup> ~~de~~ ante tu trono desfilarán, cargados de ricos tesoros, los embajadores de todas las Potencias. Palidece la gloria de Salomón ante los destellos de la tuya, que llenará en ese día las naves de San Pedro, para difundirse luego por los ámbitos del orbe.

## II

A las pocas semanas de su ordenación, el día 12 de Febrero de 1838, recibió Mons. Pecci un billete de la Secretaría de Estado, en que se le decía: «La Santidad de Nuestro Señor se ha dignado en su bondad suma promover á Mons. Joaquín Pecci del cargo de Ponente de la Sagrada Congregación de Buen Gobierno al de Delegado Apostólico de la Provincia de Benevento.»

El nuevo cargo, hermanos míos, no era del orden eclesiástico, sino del puramente civil. Debía, pues, el nuevo sacerdote ir á gobernar *civilmente* la mencionada provincia, enclavada en el Reino de Nápoles. En ella campaba desde tiempo atrás la más completa anarquía. Infestaban el territorio bandoleros y contrabandistas, que eran el terror de los buenos ciudadanos, y de quienes servíanse impunemente, para sus fines aviesos, ocultas compañías de monopolio que defraudaban al tesoro público y arruinaban al propietario.

Pronto descubrió el nuevo Gobernador los males de que adolecía la Provincia, ansioso de aplicarles el oportuno remedio y restablecer, con el imperio de la justicia, el orden, la paz y la bienandanza. Ante todo, para oponer firme valladar al contrabando, dirigióse á Nápoles, personalmente á ponerse de acuerdo con el rey Fernando II: luego, reformó convenientemente el servicio de las aduanas y demás dependencias del gobierno, y reorganizó la fuerza pública. Con estos preparativos, abrió la campaña contra las depredaciones, defraudaciones y crímenes de todo género, dirigiendo sus tiros así á las partes bajas de la sociedad como á sus altas esferas. De la eficacia de sus providencias damos una idea el despacho del Cardenal Tosti, protesorero general, que desde Roma le decía textualmente: «No le he escrito antes porque quería que con mi carta le llegase un testimonio del reconocimiento de este gobierno por las reformas realizadas en esa delegación.